



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An mutuanti liceat aliquid vltra accipere ratione lucri cessantis, & de
conditionibus necessariis ad lucru[m] cessans ferendu[m]. Cap. LXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

stat earum periculum: idè sui erunt fructus, sed de hoc antea plura diximus ex Syluestro.

¶ Sciendum est autem secundum Syluestrum, verbo Emptio, quæstione tertia, quòd de ratione cõtractus emptionis, & venditionis est quando non est aliud conuentum quòd ex quo initus est pertineat lucrum, & periculum rei emptæ, ad emptorem: licet res tradita non sit. ¶ Circa hoc autem datur regula talis aut venditio sit purè, id est sine conditione, & sine scriptis: aut casu tantum quo conuentum est vt non valeat venditio antequam scriptura sit facta. ¶ Secus si à principio simpliciter contrahatur, & postea ad probationem fiat inde scriptura. ¶ Cum igitur sit purè: & sine scriptis isto prædicto modo, & cum est emptio certæ speciei non indigentis degustationem sicut periculum statim, sic & fructus transeunt ad emptorem. Si autem non in specie, id est in singulari venditum sit, sed ad mensuram venditio fiat: periculum est venditoris donec sit mensuratum: & si emptor nolit mēsurare, tunc venditor etiam si nihil dixit de expeditione vasorum potest corā testibus mēsurare, & effundere monito prius emptore, si vasa sunt venditori necessaria propter vindemiam, vel nouam, vel iustam rationem.

¶ Similiter rei emptæ in casu quo veditur post publicaturque causa maleficij venditoris periculum erit venditoris: ¶ sed intellige propter maleficium admissum antequam emptor proprietatem adipisceretur, & similiter si fuit in culpa leui perditionis rei vendite, vel fuit morosus in eam tradendo, quia hic vltima mora nocet.

¶ An mutuanti liceat aliquid vltra accipere ratione lucri cessantis, & de conditionibus necessariis ad lucrum cessans ferendum.

CAP. LXI.

¶ Am illa celebris quæstio hic suum sortita est locum: ¶ verum ratione lucri cessantis, aut damni emergentis liceat mutuanti aliquid accipere, & videtur quod nõ liceat, quia in hoc casu petens mutuum non impedit mutuante à lucro, quia ipse mutuans voluntariè, vt inuenit, abstrahit suā pecuniā à negociatione. Ergo mutuans sic non

m *Instit.*
eod. §. cum
antè. ff. de
pericul. &
commo. rei
vendi. l. id
quod.
¶ n. l. cum
res. C. de
probat.
o. l. cõtra-
hitur. ff. de
pignor.

p. l. si fun-
dus. ff. loc.
ibi glos. &
Hostiensis.

non potest ratione lucri cessantis aliquid accipere, tum quia si ad preces, & instantiam petentis mutuam mutuans potest ferre lucrum cessans, quia pecunia eius exposita, vel destinata negotiationi, quam mutuatur magis valet, quia accepta ut sic, est fructifera in spe propinqua, sequitur quod mutuans se possit offerre ad mutuandum sua sponte, & non rogatus, pro aliquo interesse: sicut potest agricola se offerre praeveniendo, & rogando emptorem ut maioris emat triticum, quia iam seminatum est, & mandatum est terra, & sequitur quod possit sic se offerre ad subueniendum indigenti, quia si cum leuiter rogatur mutuari, non est usura per se ferre lucrum cessans, ergo ne quando ipse se offert sponte ad lucri gratia mutuandum non esset usura: quia tam voluntarie cessat a lucro in vno casu sicut in alio, consequens videtur periculosum concessu, ergo & antecedens.

Qo. 1.

a Sotus de iust. & iur. lib. 6. q. 1. art. 3.

b D. Tho. 2. 2. q. de v. suris.

c Nauar. in commen. to de v. sur.

d Caiet. in Sum. Lat. c. 17. num. 211.

e Syluest. 2. 2. q. 77. art. 1. in Sum. verb.

f Syluest. ver. v. sura. 1. q. 19.

Igitur pro etuenda veritate quaestionis, perpendendum est duas de hac re in scholis circumferri opiniones quarum prima est Soti, * qui licet probabilem esse concedat opinionem affirmatiuam, probabiliorem & securiorem esse censet opinionem negatiuam, tum quia dum mutuans mutuari non cogitur, ipse etiam si rogatus sit voluntarie dimouet pecuniam, quam mutuatur, a negotiatione, ergo non videtur impediri a lucro inuitus: tum quia ex contraria opinione, ampla via usuris aperitur, tum quia Diuus Thomas huic negatiuae opinioni Soti videtur fauere: vbi ait quod quia lucrum cessans potest multipliciter impediri, non potest mutuans de illo pacisci cum mutuario.

Alia opinio affirmatiua circumfertur quae est Nauar. & Caietani, * & Syluestri, * est Adriani, est Merinæ. Cade restitutione. folio. 135. fuit Victorie. & est opinio iurisperitorum, & Theologorum modernorum, quae valde probabilis est, dum tamen cum conditionibus requisitis, de quibus infra fiet mentio fiat, quia alias haec opinio non est vera, neque amplectenda nisi cum conditionibus praedictis.

Veruntamen antequam ad huiusmodi conditiones examinandas earumque necessitate libranda accedamus praenotandum oportet quid lucrum cessans, quid vero damnum emergens dicatur. Igitur quia damnum emergens & lucrum cessans

cessans sunt quoddam genus interesse generaliter dictur interesse esse damnum emergens vel lucrum cessans, eo quod aliquid fieri debebat, vbi fieri comprehendit et non fieri secundum Nauarrum cum non facere interdum perinde sit ac facere.

¶ l. si mora

ff. sol. mat.

¶ glo. l. 2.

ff. de verb.

signific.

¶ Interesse igitur est duplex scilicet aliud dani emergentis & aliud lucri cessantis. Exemplum damni. Habebis pecunias ad reficiendum domum, vel ad emendum in estate triticum, aut foenum & eas mutuo tibi dedi, quas qua ad praestitum diem non solvisti domus concidit, triticum duplo carius a me emprum est, pecora fame interiere aut aliquid simile damnum accepi: damnum emergens istud est. Exemplum interesse lucri cessantis. Sum mercator habeo pecunias quibus merces emere volo ad negotiandum, eas tibi do mutuo, & die praefixo non restituis, lucrum quod ob id facere cesso est meum interesse lucri cessantis.

¶ Igitur his suppositis statuamus conclusiones de quibus inter omnes doctores conuenit postea dicturi de ea de qua magis controuertitur.

¶ Prima conclusio, tam lucrum cessans, quam damnum emergens potest ob mutuum peti licite, in tribus casibus.

¶ Primo, quando mora in soluendo mutuum praecessit.

¶ Secundo, quando danum, vel lucrum cessans congeret in mora ante moram, solutionis mutui, vel post moram si licet quando mutuans per aliquam vim regis, ciuitatis aut cuius alterius coactus est mutuare pecuniam casu, quod re vera cum ea erat negociaturus, & lucraturus, & non alias.

¶ Tertio, cum a principio conuenit de soluendo damno in hac conclusione quae est Nauarri. & Conueniunt omnes, & de primo casu patet in cap. conquestus de vsuris, & ex celebri glossa ibi, in quibus tribus casibus non solum licet accipere, & exigere, sed etiam a principio conuenire de summa quae ultra sortem sibi rependenda est ex verisimili illo interesse damni, aut lucri, ita etiam Sorus, licet secundum Nauarrum magis quam alij hanc materiam restringere sit conatus. Sed iam hodie in cambiorum materia per extrauagantem Pij quinti non potest a principio aliquis pacisci de lucro cessanti verisimili.

¶ At vero iam ad punctum, in quo tota difficultas huius materiae sita est subintramus vbi quaerimus, an in casu quo

¶ g. Nauar.

¶ Sam. Lat.

¶ c. 17. num.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

¶ 211.

sideratum, potest pro eo aliquid exigi plusquam valere absolute consideratum, ergo à simili pro pecunia destinata ad negotiationem, quia plus valet: quam in se valet absolute considerata, licebit aliquid plus recipere.

¶ Et probatur tertio, quia licet facultas quæ inest pecuniæ ad lucrandum absolute considerata eius pretium plus augeat quam si sine illa facultate consideretur: considerata tamen talis facultas in eo qui vult ut ea ad usum lucrandum facit ut plus valeat. Sicut in præcedenti simili insistendo facultas quæ est in tritico ad gerendum absolute considerata, non efficit ut tale triticum plus valeat: considerata tamen in eo qui illud iam factum habet, aut sationi præparatum, plus valet. Si igitur ista facultas pecuniæ in hoc plus valet, ergo potest, quia eam mutuat aliquid plus exigere ratione lucri cessantis, quia sicut habere triticum destinatum ad seminandum quando aliud simile ad seminandum non habetur, facit ut plus existimetur ad effectum ut vendere, & mutuae illud carius eius dominus possit, & ut qui furto illud substulerit plusquam pro altero tritico pro illo restituere teneatur: sic etiam habere pecuniam negotiationi destinatam facit ut plus extimetur ad effectum, ut si mutuetur plus hac ratione possit pro ea exigi, quod reducitur ad rationem lucri cessantis.

¶ Et ultimo probatur, quia licet qui habet aliquid quod communiter, nec sibi nec aliis plusquam decem valet, plus alteri vendere non potest, quamvis illi ementi multo plus valeat secundum Navarrum: tamen si venditori plus valet, recte id vendere potest eo pretio, quod sibi valet, accipiendo pro eo tanto plus, quanto sibi plus valet iuxta sanctum Thomam: ergo pari ratione potest quam illa pecunia destinata negotiationi ipsi domino plus valet: poterit eam mutuando pro ea aliquid illa sortem accipere.

o *D. Tho.*
2.2. q. 77.
art. 1.

¶ Et confirmatur, quia operarius potest accipere pretium operatum suarum, quas omisit ad preces alterius, qui eas solvere promisit, ergo pari ratione mercator potest percipere lucrum cessans, quod ad preces mutuatarii omisit lucrari, propter promissionem quam fecit mutuatarius de illi relaxando interesse.

¶ At iam hic inuestigandum curiosius venit, vtrum
sint necessariae tot conditiones ad iuste capiendum inter-
esse lucri cessantis ex mutuo, quod Conradus in quæstio-
ne tertia de contractibus, & quidam alij alibi requi-
runt. Nam prima conditio est vt hic lucrandi modus non
tantum sibi placeat quantum negotiationis modus, quod
tenet etiã Syluest. verbo, Usura. quæst. decimanona, id est
quæstio, vtrum ista conditio sit necessaria quod mercator
mutuans pecuniam negotiationi expositam magis velit
ex negociatione quam intendebat, sibi parare lucrum
quã ex mutuo, ratione lucri cessantis. ¶ Dicitur ergo ad
hoc quod re vera illa conditio est absolute necessaria, vt
lucrum cessans ratione mutuacionis exigi possit, scilicet
quod mutuans non fictè, sed verè in animo sit alias para-
tus negotiari ad lucrandum, quia si hic animus verus, &
realis desit ad negociandum, iam ei non cessaret lucrum,
nec per mutuum impediretur à lucro, quare hac ratione
non posset exigere cessans lucrum, nec id in nostra hac
quæstione quærimus, sed præsupponimus hoc tanquam
præambulum per se notum in hac materia, sed id quod
hic indagare paramus, est, vtrũ requiratur absoluta vo-
luntas negociandi taliter quod malit, & magis sibi placeat
negotiari & per negociationem lucrari quam mutuando
lucrum cessans exigere.

¶ Circa quam quæstionem quia non satis plana eius
resolutio est, tres versantur opiniones. Quarum prima
est Nauarri p. asserentis istam conditionem non esse neces-
sariã, sed satis esse quod in rei veritate alias paratus erat
negotiari. & re vera fuisset negociatus: si pecuniã illã nõ
mutuasset. Quod probat primò, quia si sunt duæ viæ luci-
tate lucrandi, quales sunt lucrari ex negociatione, aut lu-
crari ex mutuacione, propter omissionem negociacionis
ad preces petentis mutuum, cum hoc onere soluendi lu-
crum cessans, potest eligere mercator quam maluerit.
Secundò probat quia iam in hoc casu quo mauult sic
mutuando lucrari, nõ exigit lucrum ratione mutui, quia
essec vsura: sed petit quia re vera desinit lucrari, quod
alias paratus erat per negociationem lucrificare.

¶ Secunda opinio est Metinæ Complutensis dicentis,
quod saltè ad iustificandũ exactionem lucri cessantis re-
quititur

p Nauarri
Sum. Lat.
c. 17. num.
212.

quiritur necessariò ad minus talis mutuator in suo alio
mo sit indifferens ad negotiandum, vel ad mutuandum
quando vt mutuet rogatur, quia si saltem sic non sit
se indifferens ad vtrumque, sed placeat sibi magis via
tui lucrari: quam via negotiationis vt aiebat Nauarrus
tis esse iam tunc licet alias vere esset paratus negotia
sua sponte, & propter suum interesse dimouet pecunia
negotiatione, quare non cessat ei lucrum contra eius
luntatem, ac per consequens non potest lucrum cessans
exigere secundum Metinam.

¶ Tertia opinio est nostrorum magistrorum Calerani
Victoria, Conradi, scilicet quod necessaria conditio est
ad iustificandam exactionem lucri cessantis, vt licet alius
paratus esset negotiari, malit negotiari, quam ex mutua
tione ferre lucrum nisi charitate fraterna induceretur
magis ad mutuandum, quia iste qui erat alias indifferens
ad negotiandum, vel mutuandum, si in hanc viam magis
se inflectit, scilicet quòd vt subterfugiat laborem
lit hac via mutationis lucrari, quia sibi est leuius onus
hoc & quid vtilius, & securius iam illi sua vtilitas distri
bit à negotiatione, & non charitas & indigentia proxi
mi, quare non potest ferre lucrum cessans, quia alius ma
gnus capus sterneretur vsu ris dum si satis esset suam
tendere commoditatem cum omnes procliuës sint ad illam,
omnes istinc ansam arriperet separandi pecuniam à
negotiatione vltro, vltroque offeredi eam pro hoc lucro
si licet eis magis placere de hac via. Quæ res est plena
rore.

¶ Nec valet ratio Nauarri ibi adducta, quod iniustum, vel
iniustum, non in bonitate, aut prauitate animorum, &
2. & 5. E intentionum: sed in rerum exteriorum æqualitate vel
thic. inæqualitate consistit secundum Aristot. 9. D. Thom.
1. D. Tho. & Sorum: quia primò arguendo ad hominem vsura est
2. 2. q. 38. species iniustitiæ, & secundum Nauarrum intentio prin
cipalis accipiendi aliquid ratione mutui constituit vsuram
9. 59. art. 2. ac per consequens iniustitiam, ac per consequens inæqua
5. Sor. lib. litatem, quam vsuram non constituit intentio mutuandi
6. q. 1. art. minus principaliter propter lucrum vt ipse ait, ergo ini
3. de iustit. stum vel iniustum aequaliter consistit vt in radice in ius
& iure. tate intentionum, & ipse Nauarrus paulò ante dicit quod
dicitur

debet abesse animus palliandi vsuras exactione in lucri cessantis, ergo animus, licet in eo non consistat inæqualitas substantialiter iniustitiæ, tamen potest esse radix, & origo iniustitiæ: vt verbi gratia, si quis animo occidendi alium percussit, iniustus fuit iniustitiamq; commisit, si autem cum animo se defendendi cum moderamine inculpatæ mæla: iniustus non fuit, neque iniustitiam commisit & eadem passio Christi sancta fuit ex parte Dei patris offerentis filium pro nobis, & etiam iniusta fuit ex parte inuentionis Iudæorum, ergo intentio aliquem ordinem habere ad causandum iustitiam, vel iniustitiam originaliter, ergo etiam intentio qua quis tantum suam attendit utilitatem, vel magis eam expetit, potest causare vsuram dum à sua cupiditate illectus magis & commoditate attractus mutuat, quam utilitate proximi adductus, quia hic causa charitatis non videtur mutuari, sed causa mutui vult expetere lucrum: non causa cessandi à negotiatione, postquam quando iam magis eligit mutuari causa lucri, negotiatio ante intenta neque absolute, nec conditionaliter illum mouet, ergo lucrum speratum ex mutuo, illum presumitur mouere.

¶ Igitur Arist. & D. Thom. solum docent ad differentiam aliarum virtutum, quæ versantur circa passiones immoderate, quod iustitia habet pro obiecto operationes exterioriores quatenus terminatur ad res exteriores, & quod medium iustitiæ est medium rei, quia est in ordine ad alterum. Sed non negant quod intentio non possit aliquando causare iniustitiam, ac per consequens obligationem restitutionis, quando intentio dirigit opus ad nocendum: quod alias non fuisset subsequutum, vt supra diximus contra Nauar. vt quando quis occidit Ioannem hac intentione vt illa mors imputaretur inimico suo Petro, alias illam mortem non intentaturus, nisi hoc fine, & intentione, iniustitiæ actus fuit, illa imputatio mortis inde subsequatur Petro, sed non esset actus iniustitiæ talis imputatio, si per mortem Ioannis, illam non inuēdisset occisor quam ius Ioannem ex odio occidisset.

¶ Igitur in re perplexissima resolutoriè dico, quod prima opinio Nauar. licet apparentibus nitatur rationibus, sed quia moraliter est aliquantulum periculosa, quia ansam præbere

Cum pro
prie sit om
nium vir
tutum rectu
perficere o
pus, relictu
do tamē re
liquarum
virtutum e
xistimatur
in ordine
ad ipsum a
gentem: iu
stitia verò
in ordine
ad alteru.

prebere potest vsuris ante factum non est cōsulendū sed post factum si bona fide sine fraude vsurarum quis mutuauit paratus alias verè negotiari licet magis sibi p̄cuerit hac via mutui ratione lucri cessantis lucrifacere, tolerari potest.

¶ Secundò resolutoriè dico, quod opinio Metinæ magis est tolerabilis, scilicet quod quando mercator, vel negotiator sic mutuat: quod non sibi magis placet ratione mutationis ferre lucrum cessans, sed est indifferens ad negotiandum: vel mutuandum dum rogatur & paratus ante erat negotiari nisi rogaretur mutuari: licite potest pacisci de lucro cessante, illudq; exigere. Neque in ista opinione Metinæ est tantum scrupuli, sicut in prima Nauarræ, quia quando aliquis erat ante de se indifferens in tali puncto, quod alias nisi mutuasset, vere esset negotiaturus, iam tunc si mutuet non à sua sola utilitate sed charitate, vel indigentiā proximi motus, videtur fuisse adductus ad mutuandum.

¶ Terriò tandem pro complemento resolutionis dico, quod opinio nostrorum magistrorum, scilicet Caii, Victoris, Conradi, & aliorum Thomistarum est longè securior moraliter loquendo, scilicet quod talis negotiator mutuanus, vt possit recipere licitè lucrum cessans debet sibi magis placere, & magis velle negotiari, quam mutuando lucrari: nisi charitas, vel indigentiā proximi petentis mutuum illum induceret ad mutuandum. ¶ Sed contra hoc est argumentum, quia artificii, qui rogatur ab alio dimittere suas operas, ob lucrum ei soluendum, hinc hac via magis lucrari velle quam operando, ergo etiam licebit negotiatori magis via mutationis velle lucrari, quam via negotiationis? Respondetur ex differentia, quia in primo casu vtrique via lucrari est licitum, quia operari & non operari est ei licitum, at ferre lucrum cessans ratione mutui non videtur omnino licitum, quando à sua utilitate, & sola voluntate magis mouetur quam à charitate, vel indigentiā proximi: tunc magis principaliter videtur moueri ad lucrum ratione mutui accipiendum, quod etiam secundum eundem Nauarrū est vsura quando ratione mutui principaliter quæritur lucrum, quia iam tunc nec principaliter mouetur aliunde, scilicet